



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

301. An iudex Ecclesiasticus in criminibus misti fori possit laicos sine auxilio brachij sæcularis in carcere detrudere? Et in tali casu an dicti criminosi non in Regiis carceribus, sed in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

in iure expressum, qui est ipse Episcopus, ut pater, in capite si index laicus de sententia excommunicati in 6. Nec valet dicere pro Vasquez, quod nemo in propria causa iudicet, & ex capitulo primo & secundo, distincta quarta, questione quarta, cum Maldero de Iustitiaratu sexto, capite primo, dubio sexto, & aliis. Quod quidem nimis durum videtur iudicibus laicis in casu de quo loquimur. Ergo, &c. Non inquam valet hoc dicere, nam, ut optimè responderet Castrus Palau, tomo secundo, tractatus undecimo, disputatione unica, puncto decimo-tertio num. septimo, in nostro casu non dicitur Episcopus in propria causa ius dicere, sed in causa communis, & Ecclesie, quod nullum est inconveniens, ut sit index, sicut ex multis probat ad satiatem M.rius Antoninus variarum Resolutionum libro primo, resolutione 48. Belletus in Disquisit. Cler. titulo de exempt. Cleric. à statutis secularium, §. primo, num. 36. & patet ex textu cum glossa, in capite si quis 4. questione septima, capite qui pradia, 12. questione secunda, & capite Dilectio, de sententia excommunicationis in sexto. Ergo, &c. Confirmantur supradicta ex leges si quis ex aliena, Digest. de iudiciis, & per ea quæ optimè obseruat Georgius Wrechtius, tr. de iuris lib. 3. cap. 9.n. 16.

7. Restat igitur satis labefactata opinio Patris Vasquez, licet alias sit vir sapientissimus, cuius sententia, si in praxi esset admittenda, vix vix inimunitate Ecclesiastice, propter inconvenientiam, quæ ex ipsa sequentur in casibus ferè quotidianis. Primo, quia iudices Laici in omni casu dicent habere pro se rationes probabiles, & esse eligendos Arbitros. Secundò, in electione dictorum Arbitrorum nunquam convenienter. Tertiò, per à Patre Vasquez, dicti Arbitri eligendi, esse ne deberent secularis, an Ecclesiastici. Si afferit secularis, quomodo poterunt iudicare de materia spirituali? Et ideo hoc rectè negavit glossa, incipite legitima, de appellat. in 6. & alijs quos citat Bellamera in capite Pastoralis, ante numerum primum, & Imolanum, decimo-octavo de Rescript. Si afferit eligendos esse Arbitros Ecclesiasticos, quare non erunt iudicibus Laicis suspecti, vt Episcopus; Deinde, si dicti Arbitri non convenientiant, quid faciendum? eritne constituendus Tertius? Et si daremus Arbitros convenienter, non defunt Doctores afferentes à declaratione Arbitrorum super competencia iurisdictionis appellari posse ad Summum Pontificem, ex textu in capite ab Arbitris, de officio Delegat. in 6. & in specie notat Abbas in capite Pastoralis, Rescript. numero primo, & quinto, Imola numero secundo, & nono, Bellamera numero quinto, Felinus numero decimo, Decius numero quarto, & vigesimo - tertio, cum aliis. Agnosce scopolos, & difficultates in sententia Patris Vasquez: Non est igitur recedendum ab opinione communis quam supra contra illum satis firmavimus, & quam docent etiam ferè omnes Doctores Societatis.

RESOL. CCC.

An index Ecclesiasticus reveratur in causis Ecclesiasticis, aut miseri fori præbere processus iudicibus secularibus, & quibus auxilium peti? Ex p. 1. tr. 2. Ref. 109. alias 108

§.r. A Ffirmativam sententiam docet Baldus in l. in criminali, C. de iurisdictione, Bartholus in l. Magistrat. ff. eodem, & in l. Diuus, de custodia reorum, cum Roland. à Valle lib. 1. cons. 37. num. 5. & 7. & alijs penes ipsum, & apud Barbolam de potest. Episc. part. 3. allegat. 108. num. 27. & Cenedum in canonice qq. quest. 36. num. 13.

2. Sed falluntur equidem, & ideo merito contraria sententiam novissimè docuit Moneta de iudicibus confer. c. 8.n. 261. & 262. Segura in director. Ind. Eccles. part. 2. cap. 13. num. 33. Christopherus Anguino in suo de iuris tract. de legib. lib. 3. contr. 31. num. 7. & seq. vbi ex profeso ex solidis rationibus, & ex communis Canonistarum sententia probat, secularis iudicem requisitum per Ordinarium, vel Delegatum Ecclesiasticum, petere non posse, se instauri velle ex actis coram tali Ecclesiastico requirente factis, num ritè, rectèque processum fuerit, sed statim teniri impertiri brachium suum, etiam si processus sibi non ostendatur, cuius copiam petere non potest, neque differe exequitionem brachij petiri, nec directe, neque indirecte se intromittere, ut pote ad quem nuda, & pura duntaxat spectat executio. Et hæc opinio aduersus Mirandam de ordine iudicario, tom. 1. q. 5. art. 1. conclus. 1. Azeudum in recipil. lib. 4. tit. 1. leg. 15. num. 4. & alijs, non solùm tenenda est, quando Index Ecclesiasticus procedit in causis Ecclesiasticis, sed etiam in causis mixti fori, ut tradunt Doctores citati.

RESOL. CCC.

An Ordinarius, vel index delegatus debet necessario primitere censuras, ante quam imploret pro sua sententia exequenda brachium secularis?

Et si index secularis non vult brachium suum præstare, an possit ad id cogi pena excommunicationis? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 121. alias 120.

§.i. A Ffirmativè respondet Couartuus praktic. qq. cap. 10. num. 1. Franciscus Molinus in tr. de brachio seculari, lib. 1. cap. 3. & alij quamplures Iurisconsulti apud Monetam vbi suprà. Et rationem adducunt ex c. cùm non ab homine de iudic. vbi mandatur Ecclesiasticis iudicibus, vt procedant per censuras contra reos: & si non proficiant, cùm non habeant amplius, quid faciant, inuocent brachium secularis.

2. At hæc opinio non est tenenda: & illam nonnullimè impugnat Ioann. Petrus Moneta in tract. de Iudicibus confer. cap. 8. num. 268. Segura in Director. Indicibus Eccles. part. 2. cap. 13. num. 33. & alijs penes ipsos. Et ratio est: quia omnia iura, cùm de inuocatione brachij secularis agunt, loquuntur per hæc verba: Si neesse fuerit, si opus fuerit. Vnde ad c. 1. de officio ordin. & cap. dilectio. de sent. excom. in 6. & ad cap. cùm ab homine. responderet, quid procedit in proprio casu: vel melius dicendum est, quid fuit correctum per posteriora iura, & nouissimè per Concilium Trident. sess. 15. cap. 5. de regul. sess. 25. cap. 3. de reform. Ita Moneta, & alijs. Notandum est etiam pro hac materia, quid si Index secularis non vult brachium suum præstare Ecclesiastico, potest ad id cogi pena excommunicationis, vt notant Doctores, quos citat, & sequitur Barbosa in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 26. cap. 2. num. 8. Vide etiam Sanctellum tract. de heresi cap. 6. dub. 4. num. 23.

RESOL. CCCI.

An index Ecclesiasticus in criminibus miseri fori possit laicos sine auxilio brachij secularis in carcere detinere?

Et in tali casu an dielli criminis non in Regiis carcerebus, sed in Ecclesiasticis reponendi sint? Ex part. 1. u. 2. Ref. 89. alias 88.

§.i. Non

De Immunit. Eccl. Resol. CCCII. 251

^{sup. hoc in s. i.} Non posse, excepto casu haeresis, putauit
nouissime Salgado de protectione regia, tom.
^{1. lib. 2. cap. 4. n. 36. & seq.} cum Anguiano tract. de legi-
bus, lib. 3. contr. 30. per totam. & Bobadilla in polit. tom.
1. lib. 2. cap. 17. num. 167. Iulio Claro in praef. crim. q.
47. num. 8. & alii penes Barbosam de potest. Episcop.
p. 3. allegat. 107. num. 8. qui asserunt Episcopos non
posse procedere contra laicos alii poenis, quam cen-
sura Ecclesiastica.

2. Sed hanc sententiam optimè refellit Barbosa
loco citato, & ex Theologis Azorius p. 2. lib. 3. cap. 53:
q. 3. & alii communiter. Norandum est etiam, con-
tra dictum Bobadillam, ubi supr. n. 187. in tali casu,
dictos criminosos, non in regis carceribus, sed in
Ecclesiasticis reponendos esse, vt tradit Segura in di-
rect. Iudic. p. 2. cap. 13. n. 44. & alij.

R E S O L . C C C I I .

An Episcopi possint capere laicos per propriam familiam
sine innovatione brachii secularium?
Et an possit Episcopus habere familiam armatam, scilicet
carcerem, & proprios executores, &c. & ideo quod
Episcopus habeat pro territorio totam suam Diocesim?
Ex part. 4. tract. 1. Rcl. 17.

<sup>sup. hoc in lib. prae-
dicta</sup> Negatiuē respondet Pereira de manu regia
part. 2. cap. 57. num. 1. & 5. & decif. 117. quia
iudex Ecclesiasticus non habet territorium, ex Cyno
& Baldi in l. Episcopale, num. 2. C. de Episc. and. Vnde
quando Ecclesiasticus de causis laicorum criminali-
bus, vel ciuilibus cognoscit, debet requirere indicem
territorij rei; vt illum capiat, ne videatur extra suum
territorium ius dicere, cūm hoc libi nec lege aliqua
canonica, nec civili concessum reperiatur, in dō
contrarium in diuers. Episcopale, & siadetur ex cap. quo-
niā, de offic. ordin. ubi auxilium implorandum sta-
tuitur, nec aliud probat textus in cap. cūm sit genera-
le, de foro compet. & licet decidat sacrificios punien-
dos, non tamen decidit per quem capi debeant,
quia hoc à iure petendum est; quare ex hoc textu
nullum efficax deducitur argumentum. Ita Pe-
teira.

2. Sed aduersus illum affirmatiuam sententiam docet
tenendam esse puto. Dico igitur Episcopum habere
territorium, & in eo uti possit iurisdictione conten-
tio, tenendo familiam armatam, scilicet & carce-
rem, vt probat textus in cap. omnes basilica 16. quast. 7.
vbi enim dicitur Ecclesiæ esse in potestate eius Epis-
copi, in cuius territorio posita, pater Episcopum
habere territorium, patet hoc etiam in cap. et anima-
rum, de consil. in 6. & ideo hanc sententiam docet
Io. Andreas in cap. cūm contingat, de foro compet. num. 3.
et Rcl. 16. & Franchus in cap. final. eodem tit. num. 13. Glossa in
cap. contradolorum 26. quast. 5. Felinus in cap. cūm sit
generale. num. 20. de foro compet. Marius Anton. var.
resolut. lib. 3. resolut. 14. num. 1. & seq. Campanili in di-
ver. inr. Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 87. & seq. Bellettus
disquis. Cleric. part. 1. tit. de favore Cleric. reali. 9. 1.
num. 18. Pegna in direct. inquis. part. 5. comment. 116.
Franciscus Leo in thes. fori Eccles. part. 1. cap. 9. à n. 19.
C. part. 2. cap. 16. num. 16. & alii penes ipsos.

3. Deinde diccesis & territorium sunt idem, vt
tradit Panormitanus consil. 82. num. 7. lib. 1. & Ale-
xander consil. 248. & iurisdictione ordinaria subfistere
non potest sine territorio, vt tradit Boërius decif. 227.
& ideo territorio adhærere, docuerunt Bartolus &
Angelus in l. fin. C. ubi & apud quem, Parisius vol. 4.
consil. 16. num. 21.

4. Cum igitur Episcopi iurisdictionem habeant

cum territorio, sequitur habere fiscum, carcerem, & ^{sup. hoc in}
familiam armatam, per quā capere possint delinquen-
tes; nam concessa iurisdictione omnia licent, quæ alio ver.
ad illam tuendam & excendam sunt necessaria, ex eius prime
l. ff. de iurisdict. omnium indic. & per ea quæ adducitnot. & pro
Erasmus a Cochier de iuris. ordin. part. 2. quast. 111.
filio in com. 3. tr. 4. Rcl. num. 18. & 19.

5. Et omnia supradicta probabant ex sacris Ca-
nonibus, vt ex cap. Episcopus, de officio orationis in 6. & ver. firmans
ex cap. Clericos, de sentent. excommunic. eodem lib. in
quibus conceditur Episcopis carcer; ergo debet ha-
bere custodes carcerum, & familiam, vt est textus in
Clem. 1. §. sanè, de heretic. vnde & ministros, qui reos
capiant, & ad carceres dicantur; quod clare appetat
in cap. contra idolorum, & ibi glossa 26. quast. 5. & in
cap. attendendum, 16. quast. 4. & in cap. 2. de adult. in
quibus iuribus Episcopus potest laicos capere, &
corporaliter carcerare. Nec potest dici esse speciale
in casibus dictorum iurium, quia non potest reddi
ratio specialitatis, nec valet dicere quod in dicto cap.
attendendum, non exprimitur laici, quia dum lo-
quitur de sacrilegiis, indefinite loquitur, etiam de
laicis si fuerint sacrilegi, qui possunt animaderi
ab Ecclesiastico iudice. Et tandem in Concil. Trident.
Sess. 5. de reform. cap. 3. tributari Episcopis iurisdictione
contra quocunque etiam laicos per multas pecu-
niarias; seu per captionem pignorum, personarum
que distinctionem per suos proprios, aut alienos ex-
ecutores facienda. In quibus verbis duo notanda sunt:
primo quod Episcopus potest tenere familiam arma-
tam, & proprios executores. Secundò quod prædi-
ca familia non solum deseruerit contra Clericos, ve-
rum etiam contra laicos.

6. Nec valet dicere, quod Episcopi habent cen-
suras, & possunt uti brachio seculari, quia hec con-
cessio non est eis tributa in diminutionem iurisdictionis
Ecclesiasticae, sed in maiorem fauorem, scilicet
vt non solum suos habeat proprios executores, ve-
rum etiam, si opus fuerit, omnes ministros curia se-
cularis, qui deseruire tenentur curia Ecclesiastica, vt
patet in cap. Princeps. 23. quast. 5. cap. 1. & cap. quoniam,
ex ira de officio iudic. ordin. absurdum enim esset iudi-
cium habere, & possi præcipere; sed executores
mandatorum, & præceptorum à curia seculari men-
dicare. Addo quod innovatum brachij secularium est iuri-
ris remedium extraordinarium, & subsidiarium, quo
non debet uti Episcopus, nisi in subsidium experto
iam ordinario, ex glossa in ver. remedii, Clem. 2. de
relig. dom. & ad hoc est textus in cap. 1. de statu regu-
lar. & in cap. 2. de Cleric. excomm. ministr. & hoc fir-
mant DD. in cap. cūm non ab homine, de iudic. Hostiensis;
Ancharanus, Zabarella, Felinus, Decius &
alij.

7. Probatur etiam hæc opinio à Francisco Leone
in thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 9. num. 19. & aliis,
unico & evidenti arguento, quia cūm plura crimi-
na sint mixti fori, per glossam in cap. cūm sit generale;
de foro compet. Vnde in his delictis datur locus præ-
ventionis, per l. si quis postea, & ibi Doctores, ff. de
iudic. in qua præventione non consideratur solum
sola inquisitio & citatio verbalis, vt notat Bossius tit.
de foro compet. num. 130. sed etiam attenditur, quis
præueniret in citatione reali, addo quod iudex captu-
rae præuenisse dicitur, cūm realis verbali præponde-
ret. Si Episcopus non licet ad hunc effectum fami-
liam armatam habere, proculdubio esset aperta via
fraudibus, in iis quæ sunt mixti fori exercendi iuris-
dictionem Ecclesiasticam, quia iudex laicus, si sciret
causam capturæ, semper curaret ipse præcurrire &
capere vt præueniret, & sic numquam daretur locus
præventioni iudicis Ecclesiastici, cūm ipse numquam
personaliter